



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno 313. Usque Ad Annum 361

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1758**

**VD18 90117778**

§. 44. Constantius Romæ.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66022](#)

stolorum Ecclesia sub Sacra Mensa depo- Sæculum IV.  
A. C. 357.  
sitæ. Postero anno 357. tertia Martii,  
ita disponente Imperatore Constantio  
etiam Reliquæ S. Lucæ, & S. Andreæ  
Apostoli Constantinopolim allatæ, cum  
Solemnitate in Ecclesiam Apostolorum  
reconditæ sunt.

*Hier. in Vi-  
gilant. c. 2.*

### §. XLIV.

#### *Constantius Romæ.*

Interim Constantius in Occidente ver- *Idat. fast.*  
sabatur. Cum diu Mediolani fuisset, *Chr. Pasch.*  
Romam venit, annum Regni sui vigesi- *Anm. Marc.*  
mum celebraturus, in urbem cum uxore *lib. I. c. 10.*  
sua Eusebia inter publicas Cæremonias  
invectus quarta Calendas Maji, cum esset  
Consul nono, & Julianus secundo, id est,  
28. Aprilis anno 357. Constantius tunc  
primo Romam vidit, sicutque ei ingressus  
iste triumphi loco, devi&to ante sex annos  
Magnentio in bello Civili, quo confecto  
Majores triumphare non solebant. Cœ-  
terum tam immodicam Romæ pompam  
ostentavit, vultumque ita ad gravitatem  
composuit, ut, cum omnibus Magnus vi-  
deri debuisset, levis audiret; itaque non  
tam Constantius Romæ, quam Roma  
Constantio admirationi fuit. Non de-  
fuere, qui observarunt, eum publice na-  
res emungere, spuere, aut vultum ex  
una parte ad aliam vertere nunquam vi-  
sum

*Snp. §. 7.*

Sæculum IV. sum fuisse. Uxores Romanorum viro.  
A. C. 357. rum, qui summis in urbe muneribus po-  
Amm. Marc. tiebantur, maritos rogavere, ut ab Im-  
XXI. c. 16. peratore Liberii Papæ redditum, ante an-  
Theod. II. nos duos in exilium missi, peterent; re-  
c. 17. sponderunt viri; sibi Imperatoris iram  
 esse timendam, & forte quod, posci a vi-  
 ris, indignaretur, concessurum fæmina-  
 rum precibus, & si nihil obtinuissent, sal-  
 tem nihil inde mali sibi posse accidere.  
 Matronæ, virorum consilium secutæ, as-  
 sumpto muliebri cultu, qualis Roman-  
 rum fæminarum fastum decebat, Impera-  
 torem adeunt, ut, si ex ipsa vestium opu-  
 lentiâ supra privatas esse constaret, sal-  
 tem nobilitatis reverentia facilius, quod  
 peterent, obtinerent. In conspectum ad-  
 missæ, rogarunt, ut vastissimæ urbis mi-  
 sereretur, Pastore suo destitutæ, & lupo-  
 rum rapacitati expositæ! Constantius,  
 aptissimum, qui eam regeret, Romæ Pa-  
 storem esse respondit, nec opus esse alio;  
 nempe de Felice loquebatur; reposue-  
 runt Romanæ; neminem, Felice Sacra-  
 Felix Anti- operante, intrare Ecclesiam, eo quod, li-  
 Papa. Aliis: cet fidem Nicænam teneret, tamen cum  
 S. Felix II. illis, qui eam corrumperent, communi-  
 caret. His animum Imperatoris flexe-  
Soz. IV. runt, qui inito cum Episcopis, se com-  
c. 2. tantibus, consilio, jussit, ut si Liberius eo-  
 rum sententiæ accederet, revocaretur, &  
 communi potestate cum Felice Ecclesiam  
 guber-

gubernaret. Ut vero hoc Principis man- Sæculum IV.  
datum in Circo prælectum est, exclamavit A. C. 357.  
populus; parum justitiae congruum esse,  
quod statueretur, cumque duæ factio-  
nes in Circo, suis coloribus distinctæ, exis-  
tent, ludentes dicebant; sic cuique suum  
fore Pastorem. Ergo, postquam litteras  
Imperatoris risu exceperant, rursus ex-  
clamare: Unus Deus! unus Christus!  
unus Episcopus!

Constantius illis, quibus Romæ fuit, *Relat. Sym.*  
diebus ex loco, quo Senatus convenire ap. Ambr. l. 6  
solebat, aram Victoriae, ubi Pagani jura- Cod. Theod.  
mentum præstare consueverant, abstulit. de pag. lib.  
Initio anni superioris Legem contra Gen- XVI. l. 4. de  
tiles ediderat, qua sub pœna capitis Ido- Malef. eod.  
lis sacrificare, aut ea adorare prohibe- & ibi Goth.  
bat; & iterum aliam, qua prohibebat lib. IX.  
consultari Aruspices, Divinatores, Ma-  
gos, Mathematicos, id est, Astrologos,  
Augures, Incantatores, verbo omne Di-  
vinationum, & incantationum genus  
tractasse, capitale esse volebat. Rursus L. 5. *ibid.*  
aliam hoc anno 357. contra Magos tulit,  
præsertim illos, qui elementa turbarent,  
vitæ hominum nocerent, aut mortuo-  
rum umbras suis præstigiis ab inferis re-  
vocari comminiserentur. Vetuit, ne L. 2. Cod.  
Romæ milites, & Palatini id est Pala- Theod. de  
tii Officiales, in spectaculis gladiatorum Glad. l. XV.  
more pugnarent. Jam Constantinus u-  
sum hunc digladiandi in Oriente abole-

*Hist. Eccles. Tom. III.*      Yy      ve-

Sæculum IV. verat, at pro pervicaci Romanorum in-  
 A. C. 357. genio satis videbatur, pernicioſe licen-  
 L. I. ibid. de tiæ modum posuisse. Eodem anno Con-  
 Lustr. coll. stantius Legem condidit Clericis, quos  
 I. XIII. &  
 ibi Gothof. Copiates dicebant, id est, mortuorum  
 Sup. n. 10. sepulturam curantibus faventem; hos  
 privilegio particulari a contributione lu-  
 trali, quam mercatores omnes pende-  
 bant, exemit.

## §. XLV.

*Secunda formula Sirmiensis. Lapsus  
Oſii.*

Amm. XVI. Imperator, non diutius mense uno Ro-  
 10. mæ transacto, inde 29. Maji profectus,  
 Mediolanum rediit, ibique usque ad men-  
 sem Decembrem moratus, deinde in Il-  
 lyricum transiens, Sirmii substitit. Tunc  
 Idat. fast. Ariani fidei formulam fabricarunt, quæ  
 Pagi 357. dicitur secunda, quod jam antea in ea.  
 n. 2. ap. Hila. dem urbe priorem condidissent; præci-  
 de Syn. p. 323 ap. Ath. de puus hujus formulæ creditur fuisse Au-  
 Syn. p. 902. tor Potamius Episcopus Olyssiponensis,  
 ap. Socr. II. cujus initium ita sonat: *Cum viſum fu-  
 c. 30. ſet de fide traſtare, omnia ſollicite ex-  
 minata, & explicata ſunt, sanctissimi-  
 fratribus noſtriſ Valente, Ursacio, &  
 Germiniano præſentibus. Conferrere o-  
 mpes, unicum dari Deum, Patrem om-  
 nipotentem, ſicut in universo orbe cre-  
 ditur, & unum ſolum JESUM Christum,*  
*Filiū*